



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiae

2. Quo iure decimæ ministris Ecclesiae pendantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

*Quo iure Decimæ Ministris Ecclesiæ pen-
dantur.*

1 **D**ecimæ materialiter & secundum substantiam suam spectata de iure naturali ac diuino sunt (siquidem lex naturalis iustitiæ dicat, & Deus iubet, vt laborantibus & Spiritualia Ecclesiæ ministrantibus necessaria vitæ sustentatio considerari personarum qualitate præbeatur. *Dignus est enim operarius mercede sua*, ait Christus Matth. 10. Idque locum etiam habet tametsi Ministri Ecclesiæ aliunde se alere possint, quia non datur illis stipendium ex mera misericordia, tanquam pauperibus, sed ex iustitia tanquam merentibus. Decimæ verò formaliter & secundum determinationem de iure accepto Ecclesiastico sunt.

2 Præceptum de Decimis in veteri lege. Exod. 22. *Decimas tuas & primitias tuas non tardabis reddere.* Iudiciale potius, quam cæremoniale fuit. Iudiciale autem præceptum erat, quod ad debitum ordinem, atque æquitatem in populo iudaico seruandam pertinebat. Cæremoniale quod ad Dei cultum & Religionis virtutem referebatur: Taliter etiam Decimæ indirectè & remotè propter sacram significationem ad Dei cultum pertinebant: Directè verò (quæ iudicialia) ex iustitia Clericis tanquam Ecclesiæ utilitatis officii offerrebantur.

Confirmatur assertio, quia præcepta Cæremonialia veteris legis abolita sunt, & Christianis illicita. Iudicialia autem licet vi sua non obligent tempore gratiæ, possunt tamen obseruari & noua lege introduci, propter moralem æquitatem & honestatem

tem. Cum igitur Decimarum præstatio lege Eccle-
 siastica ad imitationem veteris instituta sit, conse-
 quens non fuisse illud præceptum magis Iudiciale,
 quam cæremonialia. Quod verò Decimarum præ-
 statio non sit iuris naturalis (quippe lege naturali
 non exigente plus, quàm vt ministris spiritualibus
 sufficiens sustentatio detur, vnde ante legem Mosi
 non erat lex decimarum, & credibile est Abraham
 ex sola deuotione erga Deam decimas obtulisse
 Melchisedech) nec diuini (vtpote aboliti) sed solum
 Ecclesiastici in nova lege antiquissimi & Apostolici
 ad hæc vsque tempora cum Christiani populi ap-
 probatione deriuati. Quod si decimæ dicantur di-
 uini iuris, intelligitur id ad imitationem veteris
 legis.

Decimæ ex lege iustitiæ parochis præstandæ sunt 3
 fidei populo iuxta Trid. Ratio, quia decimæ tan-
 quam iustum stipendium Ecclesiastico Præcepto
 Clericis deputatæ sunt ratione spiritualium officio-
 rum, quæ pro salute fidelium Deo exhibentur.

Parochus actione ex Canone decimas perere po- 4
 test à quouis earum professore (etiam absump-
 tas) *fructus alterari non possunt, nisi cum onere decima-
 rum haud dubiè reali, siue ipsis fructibus inhærente.*

Ecclesia siue Parochus aduersus fructuum non
 decimatorum destructorem actionem instituere
 potest.

NB. Parochus non ante comparet dominium 5
 decimarum, quàm illæ à reliquis separatæ, & aliquo
 modo traditæ sint saltem per designationem Ante
 donationem seu decimationem verò fructuum om-
 nino separati ad fundi dominium directè perti-
 nent cum annexo onere soluendi decimas.

Ggg 3 NB.

NB. Emptor fundi non tenetur ad soluendas decimas, quas venditor prioribus annis neglexit soluere. Et conductor fundi de decimis conueniendus est, non dominus.

- 6 Colonus partarius decimas dare debet pro portione fructuum, qui ipsi manent ratione culturae.

C A P. III.

Quæ personæ ad decimas obligentur.

- 1 **O**Mnes & solæ personæ, quæ in spiritualibus subditæ, à manu Sacerdotis sacramentum suscipere debent ad præstandas decimas personali debito obligantur: Ratio, quia decimæ dantur tanquam stipendium pro spirituali cura ac ministerio, quod fidelibus adhibebatur. Iudæi non ratione personæ, sed ratione prædiorum soluere debent decimas, quia Ecclesiasticis legibus non constinguntur. Nec Papa obligatur ad decimas, quia Papa nulli superiori est subiectus. Episcopi & Pastores per se non solent obligari ad decimas, quia nulla consuetudine ostenditur, possunt tamen cogi à Papa.
- 2 Clerici seculares non curati ex propriis noualibus, non ratione terræ, sed ratione petitionis parochialis suis decimas soluere debent.
- 3 Clerici in Ecclesiasticis redditibus nullas decimas soluunt; voluit enim Ecclesia eiusmodi redditus absque diminutione beneficalis provenire. Etque ratione intelligitur illud: *Novum genus exactio- nis esse, ut Clerici à Clericis decimas exigant*, intelligitur Ecclesiasticis redditibus.
- 4 Religiosi spectato iure communi ad præstatio-